

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,

DE

24
**COMPLICATIO-
NE MORBORUM,**

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. CAROLO,

PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRANDENBUR-
GICO, ET RELIQUA;

GRATIOSO FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU,

PRÆSIDE

DN. GEORGIO ERNESTO STAHL,

CONSIL. AUL. ET ARCHIAT. REG. MED. ET RER. NATU-
RAL. PROFESSORE PUBL. ORDIN. ACAD. NAT. CUR. COLLEG.
LONGE DIGNISSIMO,

ORDINIS MEDICI h. t. DECANO,

DN. PATRONO, PRÆCEPTORE, AC PROMOTORE SUO
omni Observantia atque Honoris cultu et atem colendo,

PRO GRADU DOCTORIS,

Summisque in Arte Medica Honoribus, Insignibus, ac Privilegiis
Solenni obtinendo more Majorum,

Ad d. April. M DCC XV. horis ante & pomeridianis

IN AUDITORIO MAJORI,

Publico Eraditorum examini submittis,

CHRISTOPHORUS ANDREAS Bindleri

NORIMBERG.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Literis CHRISTIANI HENCKELII. Acad. Typogr.

VIR O
EXCELLENTISSIMO EXPERIENTISSIMO
ATQVE DOCTISSIMO
DOMINO



GOTHOFREDO
THOMASIO,
MEDICINÆ DOCTORI ET IN IN-
CLYTA REPUBLICA NORIMBERGENSI
PRACTICO CELEBERRIMO,
SOCIETATIS CÆSAREO LEOPOLDINÆ
NATURÆ CURIOSORUM COLLEGÆ
LONGE DIGNISSIMO,

DOMINO PATRONO ATQVE
FAUTORI OMNI OBSERVANTIÆ
CULTU ÆTATEM COLENDO,
FELICITATEM ET OFFICIA!





Um tandem sexennio, quo in hac Illu-
stri Fridericiana degerim peracto, &
studiorum meorum Academicorum
cursu confecto, optatam contingere
metam Summi Numinis annuente fa-
vore obtigerit, tandem discessum hinc
mihi paranti laudabili Majorum mori etiam me ob-
sequentem præbere volui, ut nimirum edito publico
specimine tentarem, quid valeant humeri, quid ferre re-
cusent. Elegi hunc in finem consentiente Inclyta Facul-
tate, præsertim vero Excellentissimo Domino Præsede
meo, Thema de COMPLICATIONE MORBORUM, utpote non
solum in praxi egregium, sed eo magis utile non solum,
sed summe necessarium, quo minus hucusque rite & le-
gitime in considerationem vocatum fuit. Cum autem
tenuitatis meæ semper probe conscius fuerim, statim ac
me operi huic accingere constitueram, simul etiam de
Patrocinio huic scripto quærendo sollicitus eram; de
Patrono inquam, cujus maturo de hisce rebus judicio
inniti possem, & cujus praxis rationalis & optimæ theo-
riæ fundamentis superstructa, ea, quæ asserui, in solidum
confirmare & comprobare valeret. Neminem autem
hisce rebus aptiorem me invenire posse, quam TE
iplum, Vir Excellentissime, & Ratio & Experientia
suasit. Ratio quod scirem, TE rerum harum diligen-
tissimum scrutatorem esse; Experientia quod omnes
patientes, quorum necessitatibus salutarem per tam lon-
gam

igam annorum seriem tulisti opem, affirmet, TE optimum Theoreticum, optimum semper præstitisse Practicum. Sed & alia adhuc ratio est, quæ animnm in proposito hoc confirmavit, imo rationibus ante allegatis maximum addidit pondus. Nimirum nefas esse duxi si absque ullo Observantiæ & devotissimi in TE animi testimonio pedem hõc loco moverem. Nondum excidit animo, imo potius altâ mente repositum hæret, quantum Tibi in acceptis referre debeam, cum semper grato animo in memoriam revocem quanto favore me immeritum semper complexus fueris; cujus non ultimum præbuiſti testimonium, cum mihi Athenas hæc petenti talibus munire literis non dedignatus fueris, quibus Excell. Dn. Stahlî favorem mihi conciliare posse, pro singulari quæ TIBI cum Viro Excellentissimo intercedit Amicitia certus eras. Equidem perquam optime scio, Vires meas hucusque impares esse, quo Benevolentia in me Tuæ dignas possem reponere gratias; sed cum si vires desint, Voluntas tamen ad minimum reprehendi non possit, concede Vir Excellentissime, ut primam hanc, quæ se offert, occasionem, mei juris faciam, & in nunquam intermorituram Reverentiæ & pietatis memoriam hæc pagellas Tibi, ea qua par est, animi submissione offeram, consecrem. Suscipe eas animo, qualem ego, nihil quicquam promeritus, constanter expertus sum, benevolentissimo. Suscipe
in-

inquam cum iis, pia vota & ardentis preces, quas uti
hactenus, ita in posterum, pro omnigena TUI,
TUORUMque salute, & Divina Benedictione fun-
dere nunquam cessabo. Vale interim cum TUIS
Patrone singulariter colende, in longissimam anno-
rum seriem semper felix, incolumis, beatus; nec de-
dignare ulteriore favore atque benevolentia prose-
qui

EXCELLENTISSIMI NOMINIS
TUI

Dabam Halæ VI. Iduum April,

A. R. S. MDCCXV.

quoad vixero
devinctissimum deditissimum

C. A. WINCKLERUM.



PROOEMIUM.



Ubi bene distinguit, bene docet, diæterium est, quo scholarum classes personant; sed infelici eventu, dum, (ut recte monet Philosophus, homines schola discunt, non vitæ,) adeo extra scholarum strepitus, tanquam silentio involvitur, ut vix usquam audiatur, certe verò propemodum ubilibet, ipsa praxi contemnatur. Quid autem incommodi, quid detrimenti, quid perversorum eventuum & effectuum, in tota vita, & quibuslibet negotiis, pariat indiscreta confusio, viderint, qui judicandi compotes sunt; nos quæ nostri sunt fori respicientes, de Medicina tradenda atque tractanda, jam pridem animadversionibus seriis, & certe sollicitis, hoc notavimus, quod tam Doctrina & Scientia, quam Praxis & Ars medica, indiscretis hujusmodi confusionibus & verarum distinctionum neglectu, eo prolapsa deprehendatur, ut, jam pridem conquerente Hippocrate, & has causas prudenter allegante, postrema Romæ Artium habeatur: nec proinde mirum sit, quod hodie vix de plebe quisquam, de Medicis cum aliqua fiducia bene sentiat: tanto magis, cum hi ipsi non desinunt, se invicem incitiæ hujusmodi incusare, & sæpenu-
mero

jurgia talia reciproca, ita explanare valeant, ut hominibus non omni discretionem destitutis, omnino fidem faciant, non plus ad minimum invidia, quam veritatis, exprobrationibus hujusmodi reciprocis inesse. Quod non corrigitur in prima coctione, in secunda non subigitur, vetus est medicarum scholarum cantilena; Quod in scholis trivialibus, in ipsa pueritia, bona intellectus formatione, recte comprehendi, & in habitum deduci debuerat, si ad animum, illo tempore atque loco, non admittam fuerit, superveniente juvenili licentia, virili arrogantia, & senili obstinatione, non amplius ad animum revocari, communis & notoria perverforum morum experientia, tristissimo exemplo passim confirmat: non indoctum solum, sed & indocilem indolem undique exhibendo: eoque ipso in solidum confirmans illam jam allegati Philosophi querelam: vitia habemus puerorum, annos senum; & cum pueritia non maneat, puerilitas manet. Causandi ordinem, neglectum aut non intellectum, omnis confusionis in Theoria atque Praxi, qualibet, nedum Medica, fontem esse, imo abyssum, nemo sani iudicii compos, negare poterit; ab hoc ruinoso fundamento, fluxas illas & caducas opinionum strues assurgere, nemo nisi imprudens ignorabit. Ubi compositiones, ignorantis simplicibus; consequutiones, non animadvertens antecedentibus: complicationes non perceptis conspirationibus, non possunt quidquam aliud, quam perpetuos implicationum labyrinthos parturire. In quo certe negotio non potest non quotidiana fastidia obicere, si tales disceptationes, etiam cum impotente contentione, suscipiantur, & sine fine recoquantur, quarum vera solutio non à Viris exigenda, sed ab adolescentulis

Logi-

Logicam sobrie discitentibus, exquirenda veniret. Mutuos certe, intimos, atque solidissimos nexus pathematum corporeorum & luculentissimos eorum processus & successiones, ignorare, defectus est, qui & Pathologiae omnis, & Therapiae, rationi & experientiae consona fundamenta, penitus evertit. Apparet puto cordi fuisse hanc rem D. D. Praesidi inde ab initio officii, quod ad docendam Theoriam medicam ipsi demandatum fuit; quandoquidem non solum satis amplum numerum thematum theoretico-practicorum, demonstrationibus ejusmodi causalium nexuum superstruxit, sed etiam non minimam partem illorum, propriè ad hoc fundamentum stabilendum direxit; quorum speciminum, ut aliqua solum, & fortasse potiora, allegem, schediasma de *Commotiōibus sanguinis translatoriis & eluctatoriis*, & huic succinens alterum, de *Commotiōibus sanguinis activis & passivis*: de *Mechanismo motus sanguinis*: de *Fluxu & refluxu maris microcosmici*: de *Vena portae, porta malorum*: de *Motu sanguinis haemorrhoidali* &c. & tandem de *Metaschematismo morborum*, de *Decubitu humorum* &c. &c. confirmare poterunt meum assertum. Quibus omnibus nequaquam secundam duco Dissertationem de *Fundamento morborum aetatum*; cui etiam subungi meretur illa, de *Infrequētia morborum personali*. Dilucescit etiam propemodum, non caruisse fructu aliquo, assiduas has commendationes atque commendationes; quia tamen perpetuo ante oculos habere soleo laudati *τῶ πάλυ* Philosophi monitum: nunquam nimis dicitur, quod nunquam nimis discitur: placuit exhibendo publico SPECIMINI INAUGURALI Thema destinare, quod iterum unicum hoc, quia



quia Verum est Fundamentum totius Theoriæ Vere medicæ, atque Præceos Clinicæ, novo conspectu comprehendet. Placuit inscribere : De COMPLICATIONE MORBORUM. Arrisit tanto magis hæc materies, quia non solum usui practico tota inservit, sed etiam præbet amplam, si dissentire cordi sit, disputandi occasionem, modo leges disputandi bene serventur, demonstrationibus stabilendis prorsus opportunam.

Deus, ut Omnis Veritatis, ita totius Naturæ, atque veræ Medicinæ, animali naturæ implantatæ, Sapientissimus Autor, & mihi, & rei ipsi, benignissime adsit, ut tam assequi luculentam Veritatem, quam consequi, feliciter obtingat.

Th. I.

DE COMPLICATIONE MORBORUM agere, dum in nos recepimus, paucis præmittimus acceptionis harum vocum declarationem, ne quis forte in ipso, quod ajunt, limine cespitandi, occasionem sibi objectam autumare possit. *Complicatum* esse cum altero, quamvis vix ambiguum sensum involvere possit; quia tamen nunquam illaudabile ducimus, exquisita discretionis studium, quod Practici circumspetiores, si minus bonâ latinitate, tamen salva veritate, ostendunt, morbos *complicatos* contra distinguendo morbis *comitatis*: edisserimus propterea brevibus, quod *complicationem* nominando, talem *concursum* intellectum velimus, qui *mutuum* quandam *nexum*, & ut vulgo loquuntur, *dependentiam*, atque *conspirationem reciprocam*, ita involvat, ut verum negotii *Fundamentum* intelligi, & universa malorum effectuum & eventuum radix, excindi non possit, nisi *complicum*, imprimis præcipuorum, culpa, & tanto magis potestas atque efficacia, & cognita satis sit, & coërceatur. *Morbi* vero nomen omnino lato atque *generali* significatu, tanto libera-
lius

lius sumimus, quanto magis *complicationis* circumstantia, tam ad strictius dicendos *morbos*, quam pari sensu sumta *symptomata*, se protendit.

II.

Omnino vero *complicationem morborum*, præter *pathologicum* luculentum usum, *therapeutico-practico* scopo, in eo destinamus, quod non solum frustra fuerit, *posteriores* aliquem, in *complicationis* ordine, affectum, ut *in se*, *seorsim*, atque solitarium, percurare & eradicare velle: sed etiam satis sæpe, præsertim perverfis moribus, evenire queat, ut hujusmodi *separate* medicationi, tales therapie, imprimis autem pharmacie, adhibeantur, quæ præcipuo *complicationis* focio, detrimentum potius aliquod objiciant, quam emolumentum fœnerentur.

III.

His *acceptionis* conditionibus præsuppositis, primum erit intelligere quod *Complicatio morborum*, nobis nihil aliud denotet, quam *conspirationem* ejusmodi fociam, quæ non solum unus affectus cum altero cohæreat; sed tanto magis etiam prærogativa atque dignitas, ordinis & efficacie, ita agnoscenda veniat, ut inde clarum evadere possit, quomodo unus talis affectus, alteri tanquam fundamenti loco substiternatur: Ita ut nisi hoc subruto, iste alter incassum tentetur, nisi quidem inani operâ, & transitorio effectu, ad breve tempus sublatum, proximâ qualibet occasione repullulantem, experiri velimus. Dum ex adverso, fundamento subtracto, & ipsâ radice subcisâ, alter talis tanquam plus minus sua sponte emarcescit atque decidit. Qua de re *Dissertatione de Curatione morborum à fundamento*, actum esse meminimus: nunc autem, non quidem actum agere, sed dignissimæ rei justissimam memoriam refricare, prægnantibus causis inducti, non magis consultum, quam necessarium duximus.

IV.

In veteri schola medica, ad scholastico-philosophicam docendi methodum procedere aduetâ, notissima sunt nomina, *causarum antecedentium*, remotiorum: & *causarum proximarum & immediatarum*, quales etiam, sed magis practico, quam speculativo sensu, *Continentes* appellare usitatum invenire licet. *Antecedentes* illas causas, a jure esse peculiarem *prædispositionem* in rebus corpus constituentibus, quæ, si ex hac dispositione in *habitum*, (sive ut metaphysici loquuntur, à *potentia in actum*,) deducatur, fiat causa *proxima*, seu *continens* certi morbidi affectus.

Quamvis autem hæc, secundum scholasticam philosophandi rationem, ut in abstracto, non incommode se habeant; tamen in applicatione ad rem ipsam, seu explicatione rei, multum caliginis passim offudit, non satis provide adhibita discretio corporis *VIVI*, à corpore ut *MIXTO* simpliciter: *Motuum* inquam, *Vivo* corpori debitorum, & *materiarum*, corpus in se, & sine actu Vitæ consideratum, constituentium. Dum luce meridianâ clarius existit, quod ipsæ Veteres scholæ medicæ, *dispositiones*, quas *antecedentium* causarum nomine intelligendas allegare sueverunt, vix non semper & unice in ipsis *materiis* quæsierint: & proinde *morbum*, absolute & simpliciter in *partibus* corporis, *symptomata* vero in *actionibus* collocando, *motuum*, tanquam actionum errores, semper tribuerint *materiarum antecedenti* vitio: nempe non credentes, nedum non animadvertentes, nec ex ipsis quotidianis, & ipsi vulgo notissimis, *animi pathematum* exemplis, quod *motus*, sine *ullo*, nedum *proportionato*, *materiarum* vitio, non solum præsentissime, sed etiam gravissime, turbari & perverti valeant.

Qui neglectus tanto magis perturbavit sequiorum temporum, ad multiplices confusiones præcipitem inconsideran-

derantiam, ut hinc in *adversitudine* erronorum motuum, omnem non modo *materialem*, sed sæpenumero etiam *morialem proportionem* excedentium, absonam illam causalitatem *materialem*, non tam ad provocandos, quam perpetrandos, *motus*, mordicus tenendo, tam in theoria summa imis misceat: quam in præxi, *complicatorum*, quin simplicitus *assuetorum*, *motus* perverionum, perpetuo inanes atque heteroclitas Therapias moliatur, & proinde in horum generum *chronicis* affectibus tractandis, non solum ordinarie operam ludat: sed sæpenumero perversâ tractandi ratione malum in pejus, aut ad minimum jam sponte insolescentes affectus in extremam contumaciam, conjiciat.

VII.

Qui proinde error, quia prorsus fundamentum labefactat, tanto majore circumspectione evitandus venit, ne geometrico magis, quam arithmetico progressu, in impeditisimas tricas conjiciat, tam Theoreticos conceptus, quam Therapevticos constus. Ut rem, quod ajunt, ab ovo ordiamur, subternit schola medica, prisca imprimis, tanquam fundamentum toti pathologiae, duos illos quasi lapides, *Plethoram*, & *Cacoehymiam*; intuitu *fluidarum* partium: conformationis læsionem, sive in unitate solutâ, sive in situ, aut denique receptivitate & capacitate, solidarum partium respectu. Non male, si ex parte hoc intellectum velit: male certissime, si absolute & in toto.

VIII.

Quamvis enim certius omnino sit, quam propemodum plerique ad animum admittunt, quod vera *plethora*, seu quantitas *admodum* excedens, etiam *qualitati* humorum periculum portendat: tanto magis autem libero illorum *motui* negotium faceflat, detrimenta afferat, & hoc ipso maxime modo dictæ dyscrasie aditum præbeat: reddit tamen hanc considerationem, Medico imprimis usui minus utilem, illa veritas, quod non solum innumera occurrant *plethor-*

B

COTUM

eorum corporum exempla, quibus ab hac sua constitutione, non solum nihil presentanei periculi incumbat, quin saepe per longum temporis spatium, satis sani, vegeti, atque alacres persistant: sed quod precipuum est, ad minimum talia incommoda & pericula, nedum damna, non inducat, quae artis opem flagitent atque necessariam habeant: sed potius proportionata talium subjectorum gubernatione, imprimis circa motum & quietem, aut insigniores dietae ataxias, per longa tempora, imo quam diu his rebus prudenter utuntur, amnestiam concedant. Quae nempe res fundamentum est diversitatis physicae potentialis, & medicae, pragmaticae, aetiologicalae pathologicae, circa praefagia eventuum, a tali constitutione expectandorum.

IX.

Longè vero alio gressu incedit *Commotio* plethorae, sive ad exitum, seu *exonerationem*, intentione concipiendam: sive per exitum, etiam fortuitum, ad similes depleciones, data occasione repetendas, quasi praemonstrando invitata. Ex hoc enim fundamento cum amplissimum illud negotium *sanctarum exonerationem sanguinis*, seu potius *intentionum* sanguinem ventilandi, pullulet: ubi longe aliae res est qualiscunque, imo ipsa plus minus certa, *utilitas*, & contra, jam major majorque *Necessitas*: alia ibi certe, quam turbulenta atque superficialia, aestimatio requiritur, non solum ad *utilitatem* exquisitam recte agnoscendam, sed tanto magis *necessitatem*, artificialium subsidiorum decernendam,

X.

In qua re ne inanibus speculationibus locus permittatur, quid vel in ipsum vulgus notius est, quam illud, quod ingens numerus hominum, quam maxime integrâ sanitate & florido habitu pollentium, equidem sine sanitatis ullo sensibili dispendio, ad illum diem commodissime viventes, si *scantificationibus* sese adsuefaciant, imprimis largioribus & saepius

pius repetitis, ab hac autem ventilatione postea temere deficiant, evidētia incommoda hinc incurrant, alii circa ipsa loca adsuēfactæ exonerationi addicta: alii latius, circa humeros & brachia, cervicem, quin ipsum caput excurrentia. Aut similibus quotidianis exemplis, in puerili præsertim ætate, conspicuis si floridæ *plethoricæ* constitutioni, casu & vi externa, lapsu, jactu, percussione, largior fluxus sanguinis è naribus eliciatur; cum ad illum diem pathematum aliorum circa caput ignari vixerint, imposterum illis exponi, imo subjici: *Cephalalgia* inquam, *Ophthalmis*, aut ad minimum ex levi causa revertentibus spontanearum hæmorrhagiarum recursibus.

XI.

Quid porro in frequentiore praxi constitutis Medicis familiaribus, & historiis ejusmodi practicis notius est, quam *aversio* illa motus sanguinis ventilatorii, à loco, quem hucusque occupare vel adieverat, vel debebat, si instante tali tempore, aut quam maxime vigente ipso fluxu, in *aversa* parte, liberiori atque largior sanguinis evacuatio admittatur: Aut ad aliena loca adsuēfacta talismodi emissio, ab aliis magis debitis distineatur. Qua de re actum est Dissertatione, de *Motus sanguinis vitis, non pendentibus à crasi, aut viis debitis*.

XII.

Ita nempe certe, non tam facile aut sæpe, *plethora* ipsa in se, quam *commota*, medicam considerationem subire mereatur; non tam inquam ipsa *materia*, quam *motus* materiæ, vel intentione conceptus, & magis magisque firmiter destitutus: nedum jam, præsertim libero atque liberali successu, approbatus, aut in pervicacem consuetudinem, non tam succedendi, quam repetendi, adductus. Quæ res, quantum momenti habeat, in recte agnoscenda futura *necessitate*, præcedentem nudam adhuc, sed evidentem *utilitatem*, facile insequente, in circumspēcta praxi medica neminem considerantem artificem fugere aut fallere poterit.

XIII. Quodnam autem notius atque manifestius hujus rei specimen agnosceretur, si illud non agnosceretur, quod in *femina* sexu, vel ipsis mulieribus notissimum est, quando exonerationes sanguinis, sexui huic usitatae, ordine suo, aut *succesu* excidunt. Ubi proxima semper est *regurgitatio* ad *hypochondria*, sub levissimis corporis motibus: hinc familiaris satis altior translatio ad *pectus*: & magis magisque ad *caput*, jam diffusior, per univcrsum, jam hemisphaerica, per alterum ejus latus: quarum illae, quae ad *praecordia* contendunt, non tam rarissimis exemplis, magnis conatibus ad exonerationem per *vomitum cruentum* pertendunt.

XIV.

Ne tamen ante tempus ipsa jam *Complicationum Specimina* producamus, sed ordinem procedendi persequamur, suffecerit dignum maxime notatu commendare, quod hujusmodi *commotiones* plethorae in genere, & *motus haemorrhagici*, seu *contentiones* ad exitum sanguinis, circa certa *loca* in specie, & frequentissimum sint, & potentissimum fundamentum, *complicationis* variorum morborum. Adeoque hoc intuitu & ex hoc fundamento, in multis exemplis, longe plus respiciendum veniat ad ipsum *motum*, quam vel ad *quantitatem*, vel *perversam qualitatem* ipsius sanguinis, nedum aliorum humorum.

XV.

Sicut enim *apparatus* haemorrhagici, positivae inquam *compulsiones*, *restrictiones*, & *appressiones* sanguinis, ad certas regiones, in quibus aliqua iusta spes, seu *habilitas* ad eruptionem, secundum *leges oeconomicae animalis*, praesto est, quanto minus simplicem & directum suum scopum assequitur, tanto certius *stagnationes* massae sanguineae, & tenuiorum *seroso mucescentium* humorum, à *spissiore rubicunda parte fecessiones* introducit: ita tanto facilius diluescit, quomodo ex hujusmodi causa, in diversis talibus *locis*, à *congestione stagna-*

*stagnatione, rheumatici affectus, jam calidi, ut sanguinei, jam frigidi vulgo dicti, ut ferosi, sentiantur: cum doloribus ten-
sivis, gravativis, spasticis, contusivis, & vibrativis acriter
vellicatoriis, oriantur. Juxta familiarem eloquendi ratio-
nem, higige, reissende: oder kalte, schwehete, drückende, spannende,
halb-lähmende, Stüsse in denen Gliedern: ad qualescunque in-
mores usque, alibi phlegmonodes, alibi oedematodes, alibi plus
minus ulcerosos. Ex secessione vero illa, jam eruptiones sero-
solumucidæ catarrhales, vel quasi tales; circa caput Coryza
Branchus, in pectore Tussis hnmida, & Asthma humorosum: in
ventriculo & intestinis, Vomitus mucidi, & Diarrhœa, quin
etiam Tenesmi mucilaginosi &c. jam stases ulcerose.*

XVI.

Ita nempe hi affectus, sunt jam in se complicati; quate-
nus non, v. g. in ejusmodi catarrhalibus affectibus, (à vulgo
dicta regurgitatione, sed veriore directione humorum ad ta-
les regiones pendentibus,) sive quantitas, sive qualitas, vel
tandem motus serosorum humorum, in se & qua talium, ve-
ram culpam habet: sed potius sanguinis commotio, id est,
certâ atque destinatâ intentione suscepta directio ad hujus-
modi loca, pro ventilatorio ejus exitu tentando: qui interim,
dum effectum non assequitur, indirectos hos eventus post se
trahendo, minus cautam atque perspicacem contemplatio-
nem decipit, & secundarium pro primario, indirectum pro
directo, accidentale pro essentiali, intueri & accipere indu-
cit.

XVII.

Præcipuum autem, nisi quidem unicum, hujus rei do-
cumentum præbent aurei illi, utut simpliciter *historici*,
Aphorismi Hippocratis, in sectione III. posteriores XXIV,
XXV, XXVI, ad finem usque. Quos uti in Programma-
te jam per Proëmium allegato, breviter notavi, ita Disserta-
tione de *Fundamento morborum ætatum*, amplius enuclea-
vit D. D. Præses. Quibus nempe illud ante omnia innui-

B ;

tur,

tur, quod *singulis ætatibus*, propria quidem, nempe circa propria quasi loca, *hæmorrhagiæ*, familiares sint; simul vero circa eadem illa loca, aut confinia, morbi etiam alii veluti peculiare, & illi magis quam aliis ætatibus; proprii, obtin-
gant.

XIIX.

Sicut autem propemodum nobilissima quæque *Hip-
pocratis* effata, destituta sunt Commentariis, in mille alia, longe minoris ponderis, non tam liberali, quam prodigo passim studio, concinnatis; ita defuit etiam illustrissimo huic monumento, duplex illa *Clavis*, quæ ad pandendam jucundissimi hujus spectaculi scenam, repagula solvit, atque decumanas portas recludit. Est autem harum *prima*, justè *theoretica* & rationalis: altera *practica*, experimentalis.

XIX.

Quid enim sanæ theoriæ luculentius esse potest, nisi hoc, quod illi morbidi affectus, qui diversis *ætatum* gradibus, circa illas *regiones* incumbunt, circa quas iisdem quasi magis propria *sanguinis* eruptiones moluntur, aut per-
rumpere sive solent, sive tentant, non solum *genere*, sed ipsa *sub-
alterna specie*, nequaquam differant. Fundatæ videlicet in *congestionibus*, *stagnationibus*, *incubiibus*, massæ sangui-
næ: & inde procedentibus ulterioribus effectibus, nempe vel *transudationibus* aliquorum de hac massa, fluorum, & tandem *excretionibus* seu rejectionibus: vel incommodis à *stagnationis sensu*, aut *staseos corruptelâ*, pendentibus. Dum interim *specialissima* specificatio, formalem sui ratio-
nem non aliunde, quam à *loci*, quem occupavit, peculiari constitutione capeffit. Ut ita paræ causæ revera semper pares sint effectus; solo subjecto in quod incidunt, diversita-
tem definiente.

XX.

Quid autem, *secundò*, peritæ praxi, seu practicæ expe-
rientiæ, notius existit, quam hoc, quod quidem *posteriori-
bus*

has ætatibus, liberior atque liberalior *recursus* pateat, ad *loca*, prægressæ alteri ætati, vel nota, vel usitata; nimio minus autem *prior* aliqua ætas subsequatur vias, tanquam anticipando incurset & præoccupet. Ita enim v. g. inter quot *puerorum* myriades, *unum* fortè exemplum invenietur, ubi sanguinis evacuatio per *hæmorrhoidas* erumpat? Inter quot autem puerorum chiliades, unum forte aut alterum specimen, citra gravem violentiam externam, coarctantis *hæmoptyses*, aut veræ atque promptæ *peripneumoniæ* vel *pleuritiidis* legitimæ? Cum ex adverso, nihil familiarius sit, quam non solum *juvenes*, sed *Viros* ipsos, imò *senes*, invenire, quibus sanguinis commotiones hæmorrhagicæ, ad *nares* recurrant. Quam quidem rem verisimile est otiosos & inconsiderantes speculatores in transversum egisse, ut, dum non intelligerent, quid singulis ætatibus *proprium* sit *præ* aliis, (scholæ vocant *proprium* in tertio modo) & tamen non satis invenirent, quod *allegata* talia, propria fiat *exclusivè*, & præcindo *ab* aliis, (quarto ut ajunt modo) de universa rei veritate incerti redditi fuerint.

XXI.

His autem duabus veris rei conditionibus recte perspectis, quid amplius dubii restare poterit, de ingente illa *complicatione* magni numeri affectuum morbidorum, cum *plethoræ commotione* ad exitum aliquem respiciente; tanquam intimo, & *pathologiæ solidæ* talium affectuum, & penitioris *therapiæ*, fundamento.

XXII.

Superest, non solum argumentum, sed longe meliorem jure dicendum *documentum*, quod ante laudatis *clavibus*, pro referendis penetralibus adytorum horum succenturiari possit; Nempe, non solum *motuum*, *motuum* inquam, *sanguinis* hæmorrhagicorum, seu ad expressiones hæmorrhagicas respicientium, & ipsâ *activâ* intentione destinatorum atque directorum: sed etiam eventuum talium, & qui-

quidem ut talium, qui supra memoratis vulgo dictis *decubitibus* hujus generis, supervenire solent, *seroso mucida* consistentia minus cautum aestimatorem fallentes, & ab animadvertenda vera causa, nempe sanguinis potius commoti, & ad exitum destinati culpa, in diversum seducen-tes.

XXIII.

Est hæc clavis, hoc inquam documentum, ratione ob-jecti quidem simplex; ratione subjecti vero duplex. Nempe *motuum* talium, *appulsum*, *congestionum*, *contentionum*, numerosis quotidianis exemplis, STATA RATIO: ut inquam *congestiones* tales, *directiones*, *contensiones*, *perruptiones*, fiant *statis* temporum periodis. Duplex autem est ratio-*ne subjecti*, non quidem verè, & antecedenter, sed tamen apparenter & consequenter: dum alibi *sanguinis* æqualibus eruptionibus, fundus negotii se prodit atque aperit: alii *se-rosi* fecesionibus & excretionibus solum comparentibus, minus perspicacibus contemplatoribus sui, crucem fi-*git*.

XXIV.

Quod vero luculentius totius hujus rei documentum, & insuper universali notorietate, in ipsos quasi sensus im-*pingens*, & vix tota supina negligentia prætereundum, ex-*pectari* posset, nedum postulari, quam ipsa periodica *commo-
tio* & *eruptio* sanguinis *menstrua*, toti muliebri sexui solen-*nis*. Fingant hic, quicquid per male collocatum otium li-*bet* atque licet, simpliciter *materialium* causarum inquisito-*res*; affingant eruptioni sanguinis, vel quantitatem seu men-*suram*, vel qualitatem, ut solent per omnia contraria, alii ni-*mis fluxilem* alii nimis *spissam*, alii *gravem*, alii *acrem*, vias *rodendo* perrumpentem; & imaginentur sibi fluxus qua talis *rationes* attigisse: tangant autem vel fumino digito hunc a-*picem*, *stati* inquam temporis rationem: non dicam, ita ut *innumeris* exemplis fieri solet, *exquisitam*.

Ut autem tranquilliores considerationes animo volvere idoneis, simplicitatem artificiosissimæ institutionis œconomix animalis ad animum revocemus, quæ possit quæso fieri, ut etiam *serosæ* tales, non solum *resagnationes*, sed passim per brevía temporis intervalla, *secessiones*, seu *secretiones*, & *excretiones*, non in dies, sed passim in horas, obviis exemplis, evenirent, nisi cum sanguine, per vasa inquam *sanguifera*, ut in eommuni *massa* sanguinea utique comprehensi, ad loca talia appellerent, seu potius vero grammatico vocis sensu, *appellerentur*? eo usque, ut ne quidem ipsa *irritatio*, v. g. glandulosarum partium, fundum negotii exhaurire possit, nisi ipsa tali irritatio, non simpliciter *serosæ* humores, sed totius *massæ* in qua comprehensi sunt, *appulso* provocaretur: cum tanta subinde quantitas, quanta v. g. per *Euphorbium* naribus insinuatam, prorumpit, ne crassissima quidem fictioe à sola *ordinaria* parva quantitate sanguinis ibi præterfluentis, derivari possit. Ut nihil prolixius simus de effectu illo, inanibus speculationibus affectato plane silentio dissimulari fuerit, quod etiam *massæ* sanguinæ *infusa* purgantia, tamen, non *fluxum* aut *lapsum*, sed *directionem* copiosam & præcipitem humorum, ad intestina: & *expectorantia*, per os assumpta, adeoque necessario *massæ* sanguinæ prius insinuata, *directionem* talem ad *pectus*, excitent. Qualem autem *directionem*, & *motum* humorum serosorum in se & *seorsim*; nisi cum tota *massa* sanguinis, & per vias huic vehendæ usitatas, *sanguifera* inquam vasa, perficeretur.

XXVI.

Non autem inconsultò, sed plane deliberatò, posteriora hæc exempla allegamus; nempe nequaquam dissimulare fuerit, quod etiam *serosorum* humorum copiosior *appulso*, & actualis excretio, non simpliciter, absolute, & unice, cum *destinato* sanguinis, quæ talis, *motu*, *complicationem* habere necesse habeat, sed etiam *possit*, imo *soleat* aliquando fieri è

C

magis

magis directa *serofis*, quosdam humores exonerandi intentione. Interim illud utique nostris rebus suffragatur, primo *in genere*, quod etiam talis directio, non possit fieri, nisi cum *sanguine*; cum tota inquam *massa* humorum, seu vulgo dicta *sanguinis*: adeoque tanto magis, si talis appulsio copiosior *sanguinea* massæ, etiam propter *sanguinem* fiat, excretiones tales *serose* substantiæ, aut *secessiones* & diffusiones, per manifestam consequentiam dictorum exemplorum, fieri possint: secundò, quod *complicatio* illa, ut propter *sanguinem*, etiam *serose* tales eruptiones eveniant, rebus decenter & consideranter examinatis atque æstimatis, longe *frequentius* occurrat, quam altera illa, *serofis* evacuationibus magis directe dicata.

XXVII.

Quæ interim differentia, imò diuersitas, quantum diuersitatis in iustam *Tberapiam* inferat, cum non possit rectum iudicium subterfugere, æstimamus propterea hanc animadversionem, de recte discernenda *complicatione*, de qua nobis sermo est, tanto magis dignam, imò necessariam, quæ vigilantius, quam vulgo fieri suevit, expendatur.

XXIIX.

Quamvis autem in frequentiore praxi constitutis, & illam cum debita theoretica circumspectione exercentibus, experientia abunde exemplorum suppeditet; propter illos tamen, quibus experientia minus adhuc oculos perstringere potuit, pauca solum allegare non inutile erit, in quibus aut vulgatam contemplandi methodum, aut nostras rationes, exeriantur.

XXIX.

Historiam ægri, *periodicâ*, & quidem fatis exquisitè *menstruâ*, *Hæmoptysæ* laborantis, inaugurali Disputatione propositam, exhibent collectiones Dissertationum D. D. Præsidis: cui addendum venit, quod ibi memoratus æger, licet per plures annos, ab hoc affectu revocatus, fatis commode valuisset, tamen ab uno vel altero, à præsentè tempore retrò

retro numerando, anno, similis *periodi* recursum subiisse memoretur. Medicinæ Licentiatuſ, & ab illo tempore in hunc diem ſecundâ famâ practicus, Hæmoptyſin *anniverſariam*, nempe quotannis, ſatis *exquiſite* iisdem menſis diebus revertentem, ut rarò uno die vel anteverteret, vel moram traheret, vel decem continuis annis recurrentem, & quâlibet vice non ultra 2. vel 3. dies durantem, in ſuo corpore expertus eſt. Et poteſt huc etiam referri caſus, in Diſſertatione, de *Motuſ ſanguinis vitiiſ, à craſi & viiſ non pendentibuſ*, memoratuſ. Vir honeſtuſ, repentinâ, ut vocant, fluxione odontalgicâ correptuſ, quæ per plures dies, cum moleſtiſſimis ſenſationibuſ, interno gingivarum & genæ, mox etiam externo amplo, genæ tumore, obſeſſuſ, & tandem intuſ conceptâ, aperiendâ, & uſitatibuſ remediis curanda ſuppuratione fatigatuſ, non ſolum ſequenti proximo, ſed etiam ipſo tertio ſuccedente, anno *exquiſite eodem die*, quo primi inſultuſ initium obtigerat, denuo obrutuſ fuit: quoad tandem evulſo carioloſo dente, quem impetuſ hic invadere ſueverat, non modo *exquiſite ſtatuſ* ille, ſed univerſuſ reſcuſuſ, ceſſavit.

XXX.

Illuſtri genere Matrona, *menſium* ingruentium tempore, *Aſthmaticiſ* & *tufficulofuſ*, unâ cum *hypochondriaciſ*, anguſtiis, & anxiiſ moleſtiſ, jam quidem à pluribuſ annis admodum male affici conſueverat; quæ tamen tribuſ adminiculuſ poſtremiſ annis, ita turbulenter ſeſe geſſerant, ut propemodum continuo, aut certe parum variante impetu, *periodicam* illam *concurrendi* rationem, vix non penituſ diſſimularent. Cum autem Medicuſ harum rerum obſervandarum, ut abunde perituſ, ita ſtudioſuſ magiſ quam curioſuſ, bona fortuna, ad ipſum ejuſmodi paroxyſmuſ vocaretur, quo dicta ægraſ & quidem fluentibuſ qualitercunque menſibuſ, & *ſpaſtico* & *humido, aſthmate*, & ſummiſ *ſiniſtri hypochondrii* anxia tenſione atque preſſione, & efferâ *tuffi*, peſſime habent, detinebatur:

batur: erat hic quartus dies fluxus, qui ad hoc tempus tribus diebus circumscribi fueverat: offerebatur remedium his infirmi ventri necessitudinibus notoriâ efficacia succurrens: dimidiâ forte hora post assumptionem, sensibili quodam motu, *tenso* illa *hypochondriaca* in *hypogastrium* veluti depresso, repentnam liberationem ab hypochondriacis anxiis angustiis præstitit: menses autem hoc ipso die adhuc liberius & liberalius, quam tribus prægressis, processerunt. Imminutâ hoc ipso etiam *respirationis* angustia: subjuncto versus vesperam, & sub noctem, præcipuæ efficacæ remedio, tam hypochondriacæ, quam pectorali *tussi* prospiciente, cum prægressis diebus atque noctibus toti orthopnoicæ, sine suffocationis periculo supinæ decumbere, non licuisset, in alterutrum autem latus recumbere præsentissimæ strangulationis metum objiceret, hæc nocte non solum secura cubuit, sed etiam tussis, quæ alias omnem somnum expugnabat, plurimum imminutâ, satis commode dormivit. Continuatis per tres subsequentes dies, iisdem remediis, de die in diem imminuta tussis, tandem quasi tota evanuit, sibilo tantum levi asthmatico restitante, aut potius per vices recurrente: qui tamen acuatæ dicti illius Becchici remedii usui, ipse quoque ita cessit, ut sub initium tertiæ septimanæ, ab omnibus his gravibus incommodis, propemodum libera appareret Matrona. Fine vero tertiæ septimanæ resurgens *asthmatoides* illa angustia, recrudescens *tussis*, & repullulans *hypochondriaca tenso*, denuo percellabant ægram. Solatium à Medico, unâ cum medicamentis convenientibus, adhibitum, quod hic insulsum nihil aliud sit, quam ex longa assuetudine iterum solitam viam effectans *regurgitatio*, cum *fluxus mensruum* moliminibus, *complicatione* conspirans, eventus statim confirmavit, dum exitum iterum, proximo die, sortiti menses, & ante notato remedio adjuti, *regurgitationi* illi statim finem imposuerunt, & symptomatibus illis, non aliter quam si evanuisent, halcyonia indixerunt. Gestiebat
Ma-

Matrona, etiam mediâ hyeme, & turbulentis temporis vicibus, non solum liberiori aurrâ, quod etiam intra habitacionis ejus amplioris limites exsequebatur, se committere; sed etiam in publicum prodire: potuisset etiam facere, & fecisset, nisi Conjugis Illustris valetudo, catarrhali febre interpellata, cohibuisset. Poterat videri bono fato ita evenisse, ne subsequutus eventus falsæ causæ assignaretur. Cum enim negotium hoc iterum in tertiæ septimanæ finem protenderetur, & iterum consuetæ illæ, circa *pectus* atque *hypochondria*, *regurgitationum* turbæ præluderent successuro *mensum fluxui*, nemo imperitiorum fuisset, quin culpam in illud transtulisset, quod libero aëri in publico se exponere ausa fuisset. Procedentibus rursus mensibus, desinebant iterum dicta *complicata* symptomata. Usura hinc melius temporibus Matrona, alterâ dehinc septimanâ in publicum procedebat, quod tribus continuis annis non audere potuerat, & quidem, adfite Divinâ gratia, feliciter, & sine omni incommodo: non uno solum, sed etiam altero subsequente, die, Februario Mense, inclemente satis cœlo, nec in illis tractibus tunc fere unquam tranquillo, nedum amœno. Illud silentio præterire nefas fuerit, quod dicta Matrona etiam antehac *hemorrhoidum* aliqua incommoda senserit, tum *coecarum turgentium*, (*Zacken* seu *Zacken* appellant) tum *leviter stuentium*. Pedes autem atque crura, jam in *duodecimum* annum, non interdium solum, sed per totam noctem etiam in lecto, nunquam naturaliter calere, sed potius ad ipsum tactum *frigescere* experta, mox à principio memoratæ modo medicationis, & inde ab illo die hucusque, justo calore iterum pollere gavisa sit.

XXXI.

Specimen quod in hac Matrona stitimus, veris atque luculentis historiis locupletate possimus Virorum exemplis, quibus ab *hemorrhoidum* fluxus consveti, ataxiis, *pellosis* pares turbationes incumbunt: quæ dum non ab hoc late-

re inspiciuntur, inanibus consiliis, & vix fatis excusandis auxiliis heteroclitis, loco speratæ curationis, è malo in pejus prolabantur. Possemus profecto consultationes tales, etiam nescio quid auctoritatis præ se ferentes, allegare, in quibus historia morbi, cum *pectoris* incommodis concurrentem *hæmorrhoidalis* fluxus ataxiam, fatis graphice enarrans, inexpectatum eventum subit, ut ad *pectoris* affectum, ne plus dicamus, inutilli prolixitate, non solum trivialia illa *pectoralia*, sed & promiscue *expectorantia*, & *traumatica*, quin plane inauspicata illa *antihæctica*, longis catalogis commemorata suadentur: ad hæmorrhoidas autem, labem illam peritioris praxeos, *martialia*, quin ipsum *hæmatem*, destinare non dubitatur. *Nexus* autem & *complicationis* MOTUUM *hæmorrhoidalium*, cum *regurgitatoris* hujusmodi motibus ad *pectus*, ne quidem in mentem venit: nedum ut propterea ab illis remediis cavendum censeretur, quæ *hæmorrhoidum* motum turbandi potius, quam secure & sincere regendi, testimonium, à luculenta experientia reportant. Quid vero promptius esset, si peculiare circumstantiæ consentirent, quam irritas tales speculationes, ipsis exemplis in confusionem dare; & ipsis effectibus demonstrare, quomodo talibus opinionibus superstructæ praxes, tanto tempore non modo operam ludant, sed malum in pejus ruerent, vel ipsæ tandem indignentur, cujus vix decimâ parte, veritatem, à Sapientissimo Creatore humanæ Naturæ implantatam, & pro perpetua lege constitutam, præ oculis habendo, gratiose assistente Divino auxilio, non verbis aut speculationibus, nedum fugitivis pollicitationibus, sed ipsis rerum effectibus, obtinetur, de quo, secundum alienam speculationem opinantes, vel disertis verbis desperare injungunt.

XXXII.

Tanti scilicet momenti est, verus intellectus, de *Complicatione Morborum*, ut neque verus conceptus *pathologicus*,

cus, de multis affectibus formari possit, hoc nexu non exquisi-
site observato: neque *therapia* firmis fundamentis innitens,
seu *curatio ex fundamento*, unquam instrui: sed perpetuis
irritis tentaminibus & novis consiliis & auxiliis commini-
fcendis, tempus terere, & ægri vires atque facultates, atterere
passim necesse sit. Quod tamen adhuc qualitercunque to-
lerandum videri possit, nisi subinde longe gravius malum
impenderet, ut plane in deterius conjicerentur ægri, occul-
tis, & cum veneratione suspiciendis Dei judiciis, è loco
unde salutem sperare, in animum inducunt, damnum & gra-
viores poenas auferentes. Mea hæc sunt, Præsidis, verba,
scientis quid loquar.

XXXIII.

Potuissemus pluribus speciebus, hoc thema locupletari-
re; & mereretur sine dubio, multoties non satis fundata,
Scorbuti complicatio; longe sæpius autem, multò verior,
Veneræ labis, in lucem produci: sed cum iterata avoca-
tio D.D. Præsidis, tempus nostrum angustissimis terminis
circumscribat, sola mentione, & commendatione pro cu-
juslibet attentiore pensitatione contentos esse necessum
est.

XXXIV.

Cum autem Dissertationi nostræ in ipso frontispicio *practicum usum*
& effectum tribuerimus; quamvis prudentes horum rerum æstimatores,
summam æquitatem hujus nostri asserti facile percepturos esse, securi esse
possimus, tamen minus peritorum in gratiam, non tam asserti nostri veri-
tatem, quam ipsius rei dignitatem, adhuc brevibus ostendemus. Inanem non
solum esse atq; irritam, morborum *diagnosin*, si *compositi* pro *simplicibus* sim-
plices pro *compositis*, imò ut rem planissime eloquamur, alii pro aliis, agno-
scantur aut accipiantur, sanæ rationi consentaneum est. *Therapiam* autem,
ignoratâ verâ morbi indole, erroneis conceptibus non posse, justam & veræ
rerum necessitati consentaneam, superstrui, ejusdem evidentie esse, nemo
non intelligit. Quid autem, si hic non subsistit error, sed, quod fere solen-
niter facit, ad ejusmodi *metodos*, tanto magis autem, quod fere palmarium
est, ejusmodi *remedia*, animos seducit, quæ loco sperati boni usus & effectus,
hæcero-

heteroclitum potius, imò *contrarium*, introducere, apta nata sunt : cujus rei manifestam culpam non possunt diluere, in tam familiari abusu hodiernis moribus constituta, *Martialis*, & *salia volasilia vinoso*: sed nihil etiam minus, vix unquam alteri, quam contrario, effectui potius, quam eventui paria, pleraque *Traumatica*, *pectoris* necessitudinibus, præsertim adhuc male intellectis, dicari solita : quin etiam pleraque *Becchica*, & vero *expectorandi*, (dico non tam *è pectore*, quam *per pectus*, evacuandi) effectum conspicua. Quid enim usquam Practicum dici merebitur, si hoc non meretur, veram indolem affectus, quatenus ad *Therapiam* recte fundatam, & veram, solidæ experientiæ consonam *pharmaciam*, respicit, verè perspectam habere, adeoque verum praxeos directorium, & veram *curationem è fundamento*, illi superstruere posse.

XXXV.

Unde, cum antedicta justissima & notoria, excusatio, à prolixiore hujus rei inculcatione nos excludat, habemus tamen etiam justas causas nobis pollicendi, quod hæc nostra commentatio, quia reuera *practica* est, *practici*, cum ratione res suas agere sollicitis, & rei veritatem ipsa experientiâ assequendi, tanto locupletiore occasione nanciscentibus, ipsa se commendatura sit : & vel nobis tacentibus, indicatura, quantam, ut in *ratione* convenientiam, ita in *experientia* efficaciam, utilitatem, imò *necessitatem* (in hujusmodi *complicationibus sanguinearum commotionum*, atq; *directionum* cum multis ambiguae *crasos*, *rheumaticis*, *hemicanicis*, *arthritis* *ideis*: aut *serosis catarrhalibus*, *decubitus*, *fluxionibus*, *expulsionibus*.) habere possint, tam *ventilationes*, imprimis securæ atque justæ, *generales artificiales*, & *speciales naturales*, *menstruales*, *hemorrhoidales*, & *adstrictæ* jam, aliæ *hemorrhagicæ*: quam evitatio ejusmodi *methodorum* & *remediorum*, quæ quocumq; probabili, nedum *sensibili* effectui, his *sanguineis*, (uti vix usquam luculento commentario illustrata Hippocratica vox appellat, *hemorrhicis*) *commotionibus*, quodeunque detrimentum obijciendo, reliquos sub hujus complicatione comprehensos affectus, non modo nullatenus solari, sed in certissima potius majora incommoda impelleret, à circumspicuis practicis, ipso sensu præhendendorum. Unde pedem hic figimus, satis securi, quod etiam hæc, quæ prodiximus, excitatis ingeniis sese exercendi materiam exhibere possint.

Deo vero gratias agimus, pro præstito clementissime auxilio ejusque
Benedictioni nos nostraque commendamus;

S. D. G.

PRÆNOBILISSIMO ATQVE CLARISSIMO
MEDICINÆ DOCTORANDO

DN.

CHRIST. AND. WINCKLERO,

AMICO SUO INTEGERRIMO

S. P. D.

H. I. O.

SUmistandem studiosi laboris digna præmia, honores jamdudum optime promeritos. Reddit Te patriæ Tuæ Fridericiana, princeps regia, multis incrementis auctum, & ingenio maturum, quo uberrimas & optimas illi feras fruges. Gaudent exinde Tui, gratulor ego, cui per aliquot annos eruditio- nis soliditate, morum elegantia, animique candore Te probasti amicum amore dignissimum, Sed Tibi gra- tulator & Tuis non mihi. Gnarus enim sum, quam rari sint sine fuco & fallacis amici, quam fraudulenta cri- teria veterum. Memor itaque vinculi quod animos nostros hucusque conjunxit, fata potius doleo, quæ Te in posterum a me alienum esse jubent. Verum enim vero, ne iniquus in Te sim, Tua meis posthabendo commoda, applaudo Tibi, nullus dubitans, quin amo- rem Tuum & benevolentiam ergame absens etiam sis continuaturus. Exoro præterea supremum numen, ut in emolumentum reipublicæ, Te optimæ spei civem ad feros usque annos incolumem, perbenigne servare velit. Vale. dabam. d. Aprilis MDCCXV.

D

Quid

Quid levibus nitor Te commemorare Camœnis,
 Quidque levi plectro sollicitare chelin?
 Non levioꝛe comâ confurgit gratia florum
 Non fatis exculto, fit licet acta solo.
 Tandem dirupit constans violentia claustra
 Tandem disruptæ, diffiliere fores.
 Dissolvit duros mentis constantia nodos
 Fortunæ telis, nescia terga dare.
 Trojanum robur non uno concidit ictu,
 Non fatis ad tantos impetus unus erat
 Ausus, perpetuo ceptum superare labore
 Suadebat magnæ prosperitatis opus.
 Quid dicam? similem ludit Fortuna benigna
 Scenam, pro meritis reddere digna solet,
 Præmia, Musarum nobis præsentat Achillem
 Quem Pallas ser̄to condecorare jubet,
 Cur non? evicto meritò victoria fructu
 Parta labore gravi, concomitata fiet!
 Non Tibi, quas avido, mentitæ, Tantalus ore
 Carpit delicias, deliciæ fuerant.
 Ante alios fatum meliori sorte beavit
 Te non anfractu, tramite sollicito;
 Securo duxit, finem studiiq̄ue laborum
 Servatis dextrè finibus invenies
 Quos Natura sibi servavit, cognita paucis.
 Una patet nobis, quæ sit eunda via

Acci-

Accipe dilectos inter pars prima sodales
Accipe pro studiis pramia digna tuis
Aspicias ut lati vernoso tempore flores
Luxurient pratis, sanguineosque sinus
Stillantem ad rorem pandantque bibantque
Utque levi Zephirus murmure stringat humum
Sic rigeat meliore Tibi fortuna secunda
Successu, & cedant prospera quaeque Tibi.

*Levi hoc carmine Domino Respondenti animitus
gratulari voluit*

C. HARBORT. M. C.

Strägt ein Hercules für keiner Arbeit, Ehen,
Nur daß er in der Welt Lob, Ehr und Ruhm erlanget,
Und durch die Tugenden sein Grab verewigt sey,
Womit das Alterthum noch heut zu Tage pranget;
So schent auch keine Müß' ein werther Musen Sohn,
Indem er Tag und Nacht mit muntern Fleiß studiret
Und samlet Weißheit ein. Was kriegt er nun zu Lohn?
Daß Jhu de Jugend einst mit Ruhm und Ehre zieret.
Nun dieses trifft auch heut bey Dir, mein Winckler, ein,
Es kan uns Deinen Fleiß Dein ganges Wesen zeigen,
Und die Gelehrsamkeit soll nun belohnet seyn,
Dieweil man länger nicht mag Deinen Ruhm verschweigen.
Schau, wie Hygea schon zu ihrem Tempel eilt,
Laß Deine Gegenwart bey dem Altare finden,
Laß nebst dem Docter-Hut, den Zalle Dir ertheilt,
Die Tugend und Verdienst um Deine Schläffe binden.
Denn was der Aesculap, was Chirons Wiß erfand,
Womit Hippocrates sich stets die Zeit vertrieben,
Was Podalirius und was Galen erkandt
Das ist, mein werther Freund, Dir nicht verborgen blieben.
Was

Was Wunder! daß man Dich nach Deinen Würden schätzt,
 Bevor, da man mit Recht kan diesen Zweifel führen,
 (Der in dergleichen Fall oft bleibet ausgefetzt)
 Ob Dich die Ehre mehr, als Du sie könnest zieren?
 Drum da Du würdig trägst den edlen Docter-Hut,
 So gibt ein treuer Freund Dir einen Wunsch zu lesen,
 (Bey dem die Regungs-Kraft besondre Wirkung thut,
 Weil Du ihm jederzeit vor andern lieb gewesen)
 Es bricht sein froher Mund in diesen Zuruff aus:
 Gott gebe, daß Dein Fleiß noch täglich mehr gedeyt,
 Damit Dein Nürnberg, wann Du nun komst zu Haus,
 Sich über Deinen Ruhm zu seinem Nutz erfreue.

Hiermit wolte dem Herrn Candidato als seinem an
 4. Jahr beandten und bewährten Freunde aus
 Schuldigkeit gratuliren

ein aufrichtiger Freund und
 Diener I. H. B.

Sonnet.

Weil, Hochgeehrter Freund! Hygæens Wunder-Hand
 Dich heute mit dem Lohn für Deinen Fleiß bezieret,
 Und also dieses Werck zum schönsten Ende führet:
 So gönñ, wann auch von mir ein ring-doch treues Band
 Der Freundschaft die uns längst genau zusam̃ verland,
 In einem heißen Wunsch sich iezo präsent ret,
 Glaub, ob der schwache Kiel schon Kunst und Schmuck verlieret,
 Verbleib doch seine Frucht mit reinster Treu verwandt.
 Leb dann, mein Winckler! leb im hohen Docter-Stand
 Vom besten Glück genehrt auf spate Nestors-Jahre,
 Damit der Krancken Schaar im werthen Vaterland
 Von Deiner Wissenschaft viel Trost und Hülf erfahre,
 Und Deiner Thaten Ruhm, der sich hier angefangen,
 Köm die Vollkommenheit im Noris-Sitz empfangen.

Hiermit wolte die Ehre der bisher genossenen Freundschaft des
 werthesten Herrn Doct^orandi bemerken, und sich derselb
 ben fernern bestens empfehlen

Carl Wilhelm Ebner,
 von und zu Eschenbach.






Ua 5316^c

ULB Halle 3
001 500 18X



sb.







24

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE
COMPLICATIO-
NE MORBORUM,

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. CAROLO,
PRINCIPE BORUSSÆ, MARCHIONE BRANDENBUR-
GICO, ET RELIQUA;

GRATIOSO FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU,
PRÆSIDE
DN. GEORGIO ERNESTO STAHL,
CONSIL. AUL. ET ARCHIAT. REG. MED. ET RER. NATU-
RAL. PROFESSORE PUBL. ORDIN. ACAD. NAT. CUR. COLLEG.
LONGE DIGNISSIMO,

ORDINIS MEDICI h. t. DECANO,
DN. PATRONO, PRÆCEPTORE, AC PROMOTORE SUO
omni Observantia atque Honoris cultu et atem colendo,
PRO GRADU DOCTORIS,
Summisque in Arte Medica Honoribus, Insignibus, ac Privilegiis
Solenni obtinendo in ore Majorum,

Ad d. April. M DCC XV. horis ante & pomeridianis

IN AUDITORIO MAJORI,
Publico Eruditorum examini submittis,
CHRISTOPHORUS ANDREAS WINDLER
NORIMBERG.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Literis CHRISTIANI HENCKELII. Acad. Typogr.